

Ver

Rāna accurrit per viam

ad vīllam Būfōnis.

Pulsat in iānuam.

Nōn respondētur.

“Būfō! Būfō!” clāmat Rāna,

“Vigilā! Vēr est!”

“Fu,” dīcit vōx

in vīllā.

“Būfō! Būfō!” vocat Rāna.



“Sōl lūcet!

Nix solvit. Vīgilā!”

“Nōn hīc sum,” dīcit vōx.



Rāna in vīllam ambulat.

Obscūrum est.

Fenestrae omnēs clāusae sunt.

“Būfō? Ubi es?” Clāmat Rāna.

“Discede!” dīcit vōx

ex angulō cubiculī.

Būfō in lectulō iacit.



Vestīmenta lectī

super caput Būfōnis sunt.

Rāna Būfōnem ex lectulō pellit.

Pellit eum ex vīllā et in pergulam.

Būfō oculōs claudit et aperit sub sole.

“Mihi da auxilium!” dīcit Būfō.

“Nōn aliquid vidēre possum!”

“Nōlī stultus esse,” dīcit Rāna.

“Ecce, lūx clāra Aprīlis!

Nunc incipere annum novum
tōtum simul possumus, Būfō.”

“Cōgitā,” dīcit Rāna.

“Per campōs perambulāmus,
et currimus per silvās
et natāmus in fluviō.

Vespere, sēdimus hīc in pergulā
et stēllās numerāmus.”



“Ipse tū numerā, Rāna,”
dīcit Būfō. “Nimis fessus sum.
Ad lectulum eō.”

Būfō in vīllam revertit.

In lectulō ascendit

et vestīmenta lectī

super caput rūrsus trahit.

“Sed Būfō,” lacrimat Rāna,

“nulla iūcunda habēbis!”

“Audī, Rāna,” dīcit Būfō.

“Quam diū iam dormīvī?”



“Dormīvistī ā Novembrī,”

Rāna dīcit.

“Bene,” dīcit Būfō,

“parvum somniī plūs

mihi nōn nocet.

Reverte iterum et mē vigilā

circum medium Maium.

Bonam Noctem, Rāna.”





“Sed Būfō,” dīcit Rāna,

“trīstis sine tē per multōs diēs erō.”

Būfō nōn respondit.

Ille dormit.

Rāna videt kalendārium Būfōnis.

Pāgina Novembris adhūc adest.

Rāna removet pāginam Novembris.

Et pāginam Decembris, et
Iānuāriī, et Februāriī, et pāginam
Mārtis removet.

Occurrit pāginam Aprīlis.

Etiam illam removet.



Tum Rāna ad lectulum Būfōnis accurrit.

“Būfō, Būfō, vigilā!

Mēnsis Maius est!”

“Quid?” dīcit Būfō. “Iam Maius est?”

“Ita!” dīcit Rāna.

“Adspectā kalendārium tuum.”



Būfō ad kalendārium spectat,

et ecce pāgina Maiī adest.

“Ecce, *est* Maius!” dīcit Būfō,
dēscendēns ex lectulō.

Tum is et Rāna
currunt foris
et vident iūcunda Vēris.

